



V.

PLATONIS QVARTO
RVM CVM COMMENTO HEBV.
habes Hamed: explicatus ab
Hestole.

LIBER PRIMVS.



DIXIT THEBED: Dixi Hebuhabes Hamed,
filio Gahar; elegimus apud fratrem libri Estoli-
ca, ut te promissionem tuam decet abbreviare.
*Dixit Hamed: Quid est de quo innuit? Dixit
Thebed: Quod comprehendisti & intellexisti, de revelatione
occultatum, & expositione libri senioris Platonis. Dixit
Hebuhabes: Miror, siquidem de studio tuo super hoc, quod
es quasi non intelligens finem rerum, ad quid res sectorum
devenit. Dixit Thebed: Testor unum Deum vivum, quod
studium meum non est studium quod oportet reprehendi:
Non enim per id, quod volo, ex eo accelero ad utilitatem, vel
ad aliquid præsumptionis, sed ad hoc quod aperiat mihi ja-
nuam veritatis, & me dirigat ad iter felicitatis, cum intelle-
xerim per iudicium tuum, quod ipse comprehendat verba in
hac specie philosophica, determinatione circa. Dixit Hebu-
habes: Si hoc esset tale, de necessitate studium tuum firmabi-
tur: veruntamen si esset quæstio tua de oculo veritatis, & non
esset permixta, nisi ipsa esset dignior. Dixit Thebed: ô philo-
sophe, generationem huius mundi & mundanorum, quia nõ
ferunt universaliter veritatem, ideo audire nolo verba, quæ
dicunt ad aliquid veritatis, propter quod placabo naturam,
cum sim propter defectum meum impotens expellere totali-
ter vires naturæ. Dixit Hebuhabes: Non est mihi invenire in
hoc mundo, qui loquitur verbis his similibus, vel dirigatur
ad hanc speciem prudentiæ. Cum mundus sit vitiosus, &
ratio abest, & mundus, & mundum iniuriantur veritati, &
cogitationi veritatis in tantum, quod sunt privati illa, & oc-
casio ignorantia, & approprietati sunt cæcitati. Dixit Thebed:
Per scientiam tuam ô philosophe directus sum, & per ratio-
nem*

*Scientia un-
tatis Utilita-
ti p̄p̄renda.*